

**COROLLARIA QVÆ-
DAM IN NOSTRAM THESAV-
rinellam Auream, &c.**

**AD GLORIOSISSIMUM PRINCIPEM VLA-
DISLAVM, REGEM VNGARIAE ET
BOHEMIÆ:**

Processus vniuersalis Viæ, Tincturæ RVBEDINIS & ALBE-
DINIS, Alchymicæ artis: Magistri Nicolai Melchioris,
Gibiniensis, Transyluani, &c. sub For-
ma MISSÆ.

FOELICITER INCIPIIT.



Introitus MISSÆ sub tono. Gaudeamus omnes, erit
cantandus. Fundamentum artis est corporum solu-
tio, vt non in aqua nubis, sed in aquam Mercurialem
resoluantur, vnde generatur VERVS LAPIS PHI-
LOSOPHIÆ: VERSVS Introitus: VITRIOLI,
SALIS NITRI. Æquales partes dant solutionis verū
testimonium. Gloria Patri & Filio, &c. Kyrie, fons bonitatis, inspirator
sacræ artis, à quo bona cuncta suis fidelibus procedūt, Eleyson. CHRI-
STE, Hagie LAPIS BENEDICTE, artis sacratę, qui pro mundi salu-
te inspirasti lumen scientię, ad extirpandum Turcas, Antichristum, &
omnes hostes Ecclesiæ, Eleyson. KYRIE, IGNIS diuine, pectora
nostra succende, vt pro tua laude pariter Sacramenta artis expandere pos-
simus, Eleyson.

Gloria in excelsis Deo, &c. sub tono duplicis Festi cantetur.

COLLECTA.

Deus largitor totius bonitatis, qui maximè in fine temporum ex
sola tua increata sapientia famulo tuo N. N. non suis meritis præceden-
tibus, sed tua ineffabili pietate & gratia, præueniente Lumine sacræ ar-
tis Alchymicæ misericorditer inspirasti: Præsta quæsumus, vt, quam ex
tuæ Maiestatis dono accepit gratiam & scientiam, hæc illi pro sit etiam ad
salutem

H

salutem